

Vertrag der Bevollmächtigten Papst Gregors XI. mit dem Söldnerführer Robert de Altavilla von Capua i. J. 1376.

Der hauptsächlich von Florenz geschürte Aufruhr der Städte und Barone des Kirchenstaates gegen die päpstliche Herrschaft in Italien hatte Gregor XI. gezwungen, mit bewaffneter Macht gegen die Auführer vorzugehen. Besonders nachdem der Papst fest entschlossen war, sein Vorhaben, die päpstliche Residenz wieder nach Rom zu verlegen, in Ausführung zu bringen, musste er darauf bedacht sein, durch Unterwerfung der empörten Untertanen des Kirchenstaates seine Rückkehr möglich zu machen. Der Krieg in Italien musste durch Söldnertruppen geführt werden, und die Rechnungsbücher der apostolischen Kammer zeigen die ungeheuren Summen auf, die der Krieg verschlang, und bieten die Namen der zahlreichen Söldnerführer, die von der päpstlichen Kriegsverwaltung angeworben wurden. Ein eigener Schatzmeister zur Verwaltung der Ausgaben für den Krieg, Bertrandus de Macello, weilte in Italien. In dem Registerband *Reg. Avinion. Num. 200, fol. 644 ff.* ist das Original eines Vertrages erhalten, der mit dem Söldnerführer Robert de Altavilla von Capua am 30. November 1376 abgeschlossen wurde. Als der Hauptvertreter des Papstes erscheint der Kardinalpriester Franciscus de Thebaldeschis, päpstlicher Generalvikar; in seinem Auftrag haben der Kammerkleriker Bertrandus Raffini, der seit März 1375 in Italien weilte, um Vorbereitungen für die Rückkehr des Papstes zu treffen¹, und der oben genannte Bertrandus de Macello den Vertrag mit Robert abgeschlossen. Dieser hatte 200 Lanzen, jede zu 3 Pferden, und 100 berittene ungarische Bogenschützen, mit genügenden Pferden ausgestattet, zu stellen. Die Aushebung sollte in Sutri und Toscanella geschehen, und zwar musste sie innerhalb 5 Tagen nach dem Datum des Vertrages beginnen und sollte in weiteren 4 Tagen vollendet sein. Der Dienst sollte zunächst 15 Tage dauern, und Robert erhielt dafür die Summe von 2000 Goldgulden, die nach fest bestimmten Abmachungen zu zahlen sind. Für eine etwaige Verlängerung des Dienstes um weitere 15 Tage werden ebenfalls Bestimmungen getroffen. Die Truppen sollen besonders gegen den Präfekten Franciscus de Vico verwendet werden². Sollte während der Zeit des bedungenen Dienstes der Papst

¹ Kirsch, *Die Rückkehr der Päpste von Avignon nach Rom* (Paderborn 1898), S. xviii.

² Vgl. über ihn Gregorovius, *Gesch. der Stadt Rom*, 4. Aufl. Bd. VI, S. 452 u. später öfter.

in Italien landen, so wird sich Robert mit seiner Schar zu dessen Begleitung einfinden.

Der Vertrag ist auf einen Papierbogen geschrieben und hatte am Schlusse zwei Wachssiegel, von denen das eine, rechts stehende, abgefallen, das andere erhalten ist; doch ist auch dieses beschädigt, und von der Aufschrift sind nur einzelne Buchstaben erhalten. Dieses Aktenstück ist das einzige dieser Art, welches ich bei meiner jahrelangen Beschäftigung mit den im Vatikanischen Archiv erhaltenen Urkundenbeständen des 14. Jahrhunderts gefunden habe. Die Schrift von Ricotti, *Storia delle compagnie di ventura*, steht mir nicht zur Verfügung; allein ich glaube, dass das Aktenstück als Specimen solcher Verträge die Veröffentlichung verdient und lasse den Text hier folgen.

(*Archiv. Vatic., Reg. Avinion. N. 200*).

(*Fol. 644*) In Christi nomine, amen. Infrascripta sunt pacta tractata et firmata inter reverendos in Christo patres et dnos. dnos. Bertrandum Raffini, clericum camere apostolice et sedis apostolice nuncium, et Bertrandum de Macello, archidiaconum Illardensem, thesaurarium guerre pro domino nostro papa et ecclesia Romana in partibus Ytalie, nomine dni. nostri pape et ecclesie Romane de mandato et beneplacito Rev^{mi} in Christo patris et dni. dni. F.¹, miseratione divina sacrosancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis, in nonnullis partibus Ytalie pro sancta Romana ecclesia et domino nostro papa vicarii generalis, ex parte una, et magnificum virum Robertum de Altavilla de Capua ex parte altera, apud Urbem anno Domini millesimo cccLxxvi, die ultima Novembris, xv indictione.

Primo quod prefatus Robertus bene et legaliter et fideliter serviet domino nostro pape et ecclesie Romane et prefato domino cardinali ipsorum nomine cum ducentis lanceis de tribus equis pro qualibet sufficientibus bene et decenter munitis et armatis, et cum C Ungaris archeris equitibus bene et sufficientibus equis et armis munitis, prout archerii consueverunt, ad² et statum ecclesie Romane, et defensionem subditorum fidelium ecclesie Romane adherentium et sequacium suorum, et offensionem omnium inimicorum ecclesie Romane adherentium et sequacium suorum et specialiter Francisci de Vico subditorum, obediencium, adherentium et sequacium suorum.

¹ Francisci de Thebaldescis.

² Das folgende Wort ist durch einen Riss im Papier zerstört.

Item quod de dictis cc lanceis et c archeriis teneatur et debeat facere monstram, et facere ipsos scribi in Sutrio et Tuscanella, et teneatur incipere facere monstram ad tardius infra quinque dies, et quod ad tardius teneatur ipsam facere compleri infra quatuor alios dies a die incepte monstre.

(Fol. 644^v) Item quod si contingat in societate prefati Roberti esse plures gentes armorum seu archerios ultra dictum numerum, prefatus Robertus ob reverenciam domini nostri pape et ecclesie Romane, prout sponte et liberaliter obtulit causa serviendi domino nostro pape et ecclesie Romane, prout in animo gerit, serviet de dictis gentibus que erunt ultra dictum numerum durante tempore presentis conducte, sicut de gentibus que sunt infra numerum predictum.

Item quod presens conducta duret per xv dies computandos a die monstre finite, infra quod tempus teneatur servire prout superius et inferius continetur cum pactis et modis de quibus supra et infra continetur.

Item quod prefati domini dabunt prefato Roberto pro dictis xv diebus florenorum duo millia, prout inferius continetur.

Item quod prefati domini cardinalis et Bertrandus et Bertrandus superius nominati debeant incontinenti, firmatis pactis, solvere seu solvi facere prefato Roberto mille quingentos florenos hic in Urbe et ducatos quingentos infra octo dies Neapoli suo procuratori vel nuncio habenti ad hec ab eo mandatum.

Item quod si domino nostro pape vel domino cardinali prefato placuerit quod debeant servire pro aliis xv diebus, prefatus Robertus teneatur cum dictis gentibus servire pro aliis xv diebus modis et formis de quibus supra et infra est expressum, ita tamen, quod prefatus dominus cardinalis eo casu faciat assignari alia duo milia florenorum infra primos xv dies, et ubi dominus noster vellet quod serviret pro aliis xv diebus, ut est dictum, eo casu vel solvantur alia duo milia florenorum infra primos xv dies, ut est dictum, alias ultra primos xv dies servire non teneatur.

Promisit tamen dictus Robertus sub fide sui corporis facere quicquid poterit quod expectent solutionem in dictos secundos xv dies.

(Fol. 645) Item quod cum dictus Robertus conatus fuit et conetur servire domino nostro et ecclesie, et principaliter ut posset associare dominum nostrum in adventu suo congregaverit dictas gentes, voluit et promisit dictus Robertus quod, si dominum nostrum venire contingat infra tempus conducte, teneatur et debeat ipse Robertus cum dictis gentibus equitare ad associandum dictum dominum nostrum vel de Corneto, si eum ibi portum accipere contigerit, vel de Hostia Romam vel de Nettuna vel Astura Romam, ubi eum portum applicare contigerit feliciter Deo duce.

Item quod infra dictum tempus teneatur dictus Robertus cum prefatis gentibus stare in territoriis ad offendendum inimicos ecclesie et do-

mini nostri pape¹ pro posse et bona fide ad mandatum domini nostri pape seu pre(fati?)..... cardinalis seu deputandi ab eis vel altero eorum.

Item quod prefatus Robertus et predictae gentes seu aliqui eorum non debeant vel possint aliquid petere ultra quantitates predictas aliqua occasione vel causa, sed teneantur bene et legaliter servire pro prefatis quantitibus prout superius continetur, totum ac residuum ad quod stipendia, provisiones, pape mortue et alia quecumque ultra dictam quantitatem ascenderent seu ascendere possent prefatus Robertus ultro libere donat domino nostro pape et ecclesie, ita quod nichil ultra petere possit ultra quantitatem predictam.

Que omnia sicut superius sunt scripta dictus Robertus iuravit et promisit more nobilium sub fide corporis sui facere complere et inviolabiliter observare.

J. P. Kirsch.

¹ Einige Worte ausgelöscht.